



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 136. Synodi Monasteriensis Decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. A.C. 1668. gulares Europæi: Vicarius quoque ibidem plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis atque idoneis ad confessiones excipiendas deputet, ut facilius & lubentius fideles Sacramentum penitentiae valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus aut externis sese subicere, nunquam vero Confessio excipiatur per interpretem: Denique a S. Rituum Congregatione die decima sexta Octobris declaratum, quod ratione communicationis Privilegiorum non possit recitari peculiare officium concessum illis, quorum privilegium facta est communicatio.

§. CXXXVI.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Concil. Germ. tom. 10. Denuo Bernardus Gallen Monasteriensis Episcopus duas Synodos Diæcesanas hoc anno die decima tertio Martii & decima sexta Octobris celebravit, in quibus præter innovata priorum Synodorum decreta præcipue statuit, ut Matrimonio jungendi antea de necessariis ad salutem examinentur, et postea factis jam proclamationibus cum dedecore & scandalo rejici debeant. Inhibitum quoque, ne ullus in alterius Parochia absque proprii Curati licentia Missam celebret: Declaratum quoque quibus

quibus temporibus Conjugati ab uxore
 ribus abstinere teneantur. Sæc. XVII.
 A. C. 1668.

§. CXXXVII.

Quorundam Scriptorum Catholicorum opera, & obitus.

Paucos ex celebrioribus Catholicis Scriptoribus adducemus, quos inter primas tenet Isaccus Habert Vabrensis Episcopus, qui acerrimus Janfenistarum hostis, literas Franciæ Præfulum ad Innocentium X. contra eodem conceperat: Scripsit librum de gratia ex Patribus Græcis, tractatum de consensu Hierarchiæ & Monarchiæ, & postquam Antonius Arnaldus in prolixa sua præfatione ad librum de frequenti communione Petrum & Paulum duo *Ecclesiæ Capita* nominabat, Habertus duos libros de cathedra & singulari Primatu Petri edidit, uti testantur Fratres Sammarthani in Gallia Christiana tom. 3. p. 1108. II. Ludovicus Donius d'Attichy Ord. FF, Minimorum Episcopus Augustodunensis scripsit de vita & gestis Petri Berulli Cardinalis, flores historiæ Cardinalium, & Historiam Ordinis Minimorum. III. Josephus Quartaranus Sacerdos Siculus prophetiæ dono illustris, qui exercitia & preces spirituales in suffragium agonizantium,

*Bibl. S. J.
 Aleg. Script.
 Ord. FF.
 Præd.
 Echard
 Bibl. Cav.
 mel.*